



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Judiciis Ecclesiasticis Ad Germaniæ Catholicæ
Principia Et Usum**

De iudiciis civilibus

Zech, Franz Xaver

Ingolstadii [u.a.], 1765

Titulus XVIII. De Dilationibus Et Feriis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68163](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68163)

TITULUS XVIII.
DE DILATIONIBUS ET FER-
RIIS.

Conf. Lib. II. Decretal. Tit. 8. & 9.
In Extrav. Commun. Lib. II.
Tit. 2.

§. 209.

*Dilatio-
naria*

DIXIMUS supra Tit. XII. actus Judicia-
les Processus Juridici, ad certos
Terminos esse adstrictos, quorum tem-
pus vel Judex præfigit, vel ipsa Lex
determinat, Judicis tamen arbitrio
temperandum. Hæc assignatio vel pro-
rogatio temporis ad ea agenda, quæ
in aliquo Termino peragi debent, vo-
catur Dilatio. Si Reus ad primum Ter-
minum comparet, Judex concedit Di-
lationem *deliberatoriam*, ut intra cer-
tum tempus deliberare possit, an ce-
dere, an litigare velit: necesse tamen
non est, ut hæc Dilatio detur, quan-
do per Literas Citatorias, & communi-
catum Libellum Actoris, satis instrui
& deliberare Reus potuit. Præfigitur
Terminus utrique parti ad probandam
inten-

merantur in Additionibus ad DURANDI
specul. loco cit. §. 6. Lit. f.

intentionem suam, qui de sui natura est peremptorius: nihilominus pro diversitate negotiorum & circumstantiarum, ab iudice conceditur Dilatio, etiam secunda & tertia ob iustum impedimentum, quod probationes instruere non permittit. Peti ejusmodi Dilationes debent, antequam Terminus elabatur: dari autem plures solent semper ad breviorum Terminum, post præviam causæ cognitionem, & impedimentum etiam juramento probatum, saltem in tertia, aut etiam quarta Dilationem. Tempus primæ Dilationis currere incipit a die Dilationis insinuatæ: an autem ille ipse dies in numerum Dilationis computandus sit, dependet ex intentione iudicis, quam praxis Tribunalium declarat: novæ autem Dilationes initium sumunt a tempore, quo prior elabatur, scilicet die sequenti. Si Dilationes ex mutua partium conventionem determinatæ sint, E. G. ut de mense in mensem exhibitis libellis procedant; non deberet facile iudex officio suo abuti, nec uni parti in præjudicium alterius dilationem concedere.

§. 210. Pro diversitate actuum Judicialium, ad quos Dilatio conceditur, nomina: hæc

hæc ipsa nomen accipit, ut vocetur Dilatio Probatoria, Allegatoria, Definitoria, Executiva, quæ longior solet dari in Actionibus Personalibus, brevior in Realibus. In Criminalibus Causis facile dantur plures Dilationes tam Reo, quam Actori, modo non sit præsumptio, quod malitiose petantur: executio tamen in his non differtur, nisi in casibus a Lege expressis, uti si ad mortem vel corporalem pœnam damnata sit mulier prægnans.

Effectus.

§. 211. Effectus Dilationis est, quod uni concessa, etiam profit alteri parti litiganti: quod excuset a mora: quod officium Judicis interim conquiescat: quod lapso die in Dilatione præfixo, regulariter habeat vim sententiæ interlocutoriæ, qua perimitur actus, qui in assignato termino fieri debuisset, ita, ut Judex mox ipso facto absque alia sententia procedere possit ad ulteriora. Cum tamen Dilatio sit favorabilis, quæ pro defensione conceditur, hinc in dubio, an causa sit sufficiens, omnino danda est Dilatio (54.): imo pro obtenta habetur, quæ non fuit denegata, velut ex tacita voluntate

54.) MEVIUS p. 5. Decis. 231. n. 7.

tate Judicis, quam indicat silentium
55.)

§. 212. Indolem Dilationis imitan-
tur Feriæ, in quibus strepitus Judicia-
lis conquiescit. Harum varia sunt ge-
nera, *Sacræ* in honorem Dei institutz:
Repentinæ, a Principe ob publicam gra-
tulationem indictæ: *Publicæ*, quæ sta-
tuuntur ob publicam utilitatem, cau-
sa messium, vindemiarum & quietis
inter calores æstivos 56.)

Cessant
Judicia

§. 213. Quantum ad Judicia perti-
net, *quamvis non prorogari, sed expediri*
deceat quæstiones, debet tamen judicialis
strepitus diebus conquiescere feriatis: qui ob
reverentiam Dei noscuntur esse statuti: qui-
bus (nisi necessitas urgeat, vel pietas sua-
deat) usque adeo convenit ab hujusmodi
abstinere, ut consentientibus etiam parti-
bus, nec processus habitus teneat, nec sen-
tentia, quam contingit diebus hujusmodi
promulgari 57.). Intelliguntur autem
hoc nomine omnes per annum dies
Dominici, & Solennitates, quas vel
universa Ecclesia, vel singuli Episcopi
in

In feriis
Sacris.

55.) Ibid. Decif. 161.

56.) De Diebus festivis varia diximus De
Jure Rerum Ecclesiast. Sect. II. tit. 22.

57.) C. fin. de Feriis. L. 2. 7. & fia, C,
eod.

in suis Dicecesibus cum Clero & Populo duxerint solenniter venerandas. His diebus censentur prohibiti actus Jurisdictionis contentiosæ, etiam in Causis Summariis, etiam exerciti per Arbitros, qui in forma Judicii procedere jubentur. Casus varios, in quibus necessitas vel pietas actum Jurisdictionis contentiosæ permittat, enumerant passim Autores (58.), qualis est captura debitoris suspecti de fuga; quando res est tempore peritura; in causis miserabilium personarum; in causis alimentorum pauperi in futurum debitorum; in causis celeritatem desiderantibus ob periculum in mora; in causa alicujus carcerati; actus Appellationis &c. Possunt etiam fieri actus Jurisdictionis voluntariæ, ut Manumissio, Tutoris datio, Instrumentorum confectio a Notariis.

Et Profanis.

§. 214. Feriis Sacris quoad actus Judiciales æquiparantur Feriæ repentinæ ob partam victoriam, Nuptias, Nativitatem, aut etiam Funus Principis indictæ &c. In Feriis ad utilitatem hominum institutis, scilicet Messis aut
 Vin-

58.) Vid. SCACCIA de Judiciis Lib. 2. c. 5. a n. 28.

Vindemiæ, solum abstinetur ab exercitio Jurisdictionis contentiosæ: procedi tamen potest in Causis Summariis, Beneficialibus, Fiscalibus, Executivis, & quando partes juri feriarum renuntiant tacite vel expresse. Feriæ Vindemiarum solum observantur in loco, ubi crescit vinum; iis tamen in tali loco gaudent etiam illi, qui non habent vineam. Universim circa ejusmodi Ferias tenendus est usus Tribunalium, qui varius est, etiam pro diversitate tempestatis, juxta quam solet publice indici initium Vindemiæ: non autem decet, ut ante hunc terminum inchoentur feriæ.

§. 215. Feriæ intra tempus Dilatio-^{Feria in-} nis occurrentes, non impediunt ejus^{tra tem-} cursum, nisi absorberent fere totam^{pus Dila-} Dilationem. Unde si in Sabbato Pal-^{tionis,} marum daretur Dilatio quindecim dierum, æquitas postularet, ut Dilatio censeatur initium sumere post Octavam Paschæ, cum omnes præcedentes dies sint feriati. Si ultimus Dilationis dies sit feriatus, comparere citatus non teneretur juxta Leges Civiles, cum Citatio esset nulla 59.) ; sed ex æqui-

59.) L. 2. & fin. C. de Feriis.

æquitate Juris Canonici 60.) & communi Tribunalium praxi intelligitur præfixus primus dies sequens judicialis, quæ clausula etiam frequenter in Citationibus exprimitur.

Circa Ferias,

§. 216. Cum observantia Feriarum plurimum dependeat ab usu Tribunalium, operæ pretium videtur, ut quædam annotentur de Summis Tribunalibus Fori Ecclesiastici & Secularis, scilicet Curie Romanæ, Camere Imperialis & Consilii aulici Cæsarei.

Ufus Tribunalium Romano-

§. 217. Romæ plura sunt Tribunalia: ex nostris Regionibus frequentius causæ deferuntur ad Rotam, vel ad Tribunal Auditoris Camera. In his præter Dies Dominicos, & Festa per universam Ecclesiam de præcepto servanda, celebrantur aliqua ex devotivitate Urbis Romæ, uti est dies S. Antonii Abbatis, S. Franciscæ Romanæ &c. Alia sunt propria Palatii Apostolici, ejusque Curiarum, ut Cathedræ Romanæ & Antiochenæ S. Petri, S. Thomæ Aquinatis 61.). Præterea in his Tribunalibus feriæ sunt a XXIV. Decembris usque ad festum Epiphaniæ; die

60.) C. 6. de Dol. & Contum.

61.) Tabula horum Festorum videri potest

die Cinerum cum die Jovis, Lunæ & Martis immediate præcedentibus; sex diebus præcedentibus, & sex sequentibus diem Paschatis; Feriæ æstivæ regulariter indicuntur a decimo die Julii usque ad Calendas Octobres. Feriæ repentinae celebrantur ob Creationem vel Coronationem Pontificis, Anniversarias Exequias immediate defuncti; quando novi Cardinales publicantur, seu primo Urbem publice ingrediuntur. Præter hos & ejusdem conditionis dies, reliqui vocantur dies *Judiciales*. Nihilominus dicta Tribunalia non singulis, sed certis tantum hebdomadæ diebus congregantur. Rota & Camera fit die Lunæ & die Veneris; si hæc dies sint feriatae, fit die Mercurii: si omnes dicti tres dies sint feriati, Rota fit die Sabbati. Hæc quando differt causam post vacationes longiores, habet quasdam phrasas usitatas; nempe si sint vacationes æstivæ, & differat causam proponendam mense Octobri, rescribere solet *Ad Calendas*: si autem Calendæ Octobres non incidunt in di-

R em

test apud PETRUM RIDOLPHINUM Præf.
Cur. Rom. fol. 745.

De Judiciis.

em Lunæ, Mercurii, vel Veneris, Cau-
sa differtur ad unum ex dictis diebus
propinquiorem. Si ante Nativitatem
Christi differat ad Epiphaniam, rescri-
bit *Ad Reges*: si tempore Carnisprivii
differat ad Quadragesimam, rescribi-
tur *ad Pisces*: si tempore hebdomadæ
sanctæ differat ad Pascha, rescribitur

*Camera
Imperia-
lis, &
Consilii
Aulici
Cæsarei.*

Ad Agnos.

§. 218. In Camera Imperiali præter
omnes Dominicas & multa Festa San-
ctorum, observantur feriæ Nativitatis
Christi, Paschales, Pentecostes, Ca-
niculares ab octava Julii usque ad diem
decimam quartam Augusti 62.) In
Consilio aulico Cæsareo observantur
quidem dictæ feriæ sacræ, non autem
Caniculares aut Vindemiales; sed per
totum annum in diebus profanis qua-
ter in hebdomade habetur Consilium
hora nona matutina fere usque ad pri-
mam pomeridianam, exceptis sex vel
ad summum octo hebdomadibus, qui-
bus singuli distinctis temporibus abes-
se possunt, cum facultate Supremi Au-
læ Cæsareæ Præfecti, & Præsidis Con-
silio

62.) Quid in singulis his feriis fieri solet;
recenset BLUMEN Process. Camer. Tit.
62. & Concept. Ord. Cam. p. 2. tit. 35.
§. 3.

fili 63.). In Camera Imperiali etiam post emendationem Gregorianam Calendarii, a Rudolpho II. Imperatore vehementer commendatam 64.), retinebatur consuetudo in narratis Supplicationum, & Instrumentis Appellationum annotandi dies juxta vetus Calendarium Julianum, ad cujus normam Protestantes Assessores deinceps quoque Ferias judiciales computabant, postquam Catholici jam receperant emendationem Gregorianam, non obstante Edicto Leopoldi Imperatoris, qui voluit, ut novum Calendarium auctoritate Cæsareæ Majestatis & Imperii introduceretur, ne Protestantes credant, se recipiendo hoc Calendarium, subjici auctoritati Pontificiæ 65.). Ex hac diversitate ortum ducebant duplicatæ feriæ Festorum Mobilium in illo

R 2

Tri-

63. Vid. Ord. Conf. Aul. Tit. 1. §. II. & 20. cum adjectis notis.

64.) Edictum Cæsaris Anno 1583. editum legi potest apud LUNIG Reichs-Archiv. part. gener. Continuat. Erste Fortsetzung. fol. 316.

65.) Vid. LONDORP. Act. publ. part. 9. ad annum 1664. fol. 250. PFEFFINGER ad Vitriar. tom 3. fol. 372.

Tribunali, quæ cum aliqua moderatio-
ne toleratæ fuerunt in Recessu Visita-
tionis Anno 1587. 66.).

*Discri-
men Ca-
lendarii.*

§. 219. Postquam vero Protestantes
ad exemplum Calendarii Gregoriani
Anno 1700. undecim dies ex Calenda-
rio suo abjecerunt, multiplicatio illa
Feriarum Cameralium restricta fuit,
& in Visitatione Anno 1713. §. 38.
ordinatum, ut Catholicis & Protestan-
tibus eadem Feriæ sint communes. Ve-
rum novæ & graves turbæ excitatæ fu-
erunt Anno 1724. quo Catholici juxta
Cyclum Gregorianum, Protestantes
autem juxta Computum Astronomi-
cum Plenilunii, Paschales Ferias cele-
brarunt 67.). Eadem diversitas Calen-
darii rediit Anno 1744. Concordia ta-
men Cameræ Imperialis non fuit turba-
ta; nam Autoritate Imperatoris Caro-
li VII. toto mense Februario Tribunal
istud consuetas functiones suas obiit:
mense autem Martio & Aprili Feriæ
ista prolongatæ fuerunt, ut utrique
parti

66.) Huic respondet Conceptus nov. ord.
Cam. loc. cit.

67.) De hac differentia dictum De Jur.
Rer. Escel. Sect. II. tit. 19.

parti licuerit Festa Mobilia Paschatis & Pentecostes juxta suum Calendarium celebrare 68.).

TITULUS XIX.
DE MUTUIS PETITIONIBUS
ET ORDINE COGNITIONUM.

Conf. Decretal. Lib. II. Tit. 4. 10.

§. 220.

NON raro contingit, ut Reus in Ju- ^{Reus po-}
dicio comparens, ante directam ^{test actio-}
Causæ suæ defensionem, vicissim ali- ^{rem}
quid ab Actore petat, vel quaestionem
contra eum proponat. Unde geminas
Juris Canonici Rubricas hoc loco con-
jungimus, & breviter examinamus,
videlicet *de Mutuis Petitionibus*, & *de*
Ordine Cognitionum.

§. 221. Mutuæ Petitiones, seu Con- ^{Reconve-}
ventio ex parte Actoris, & Reconven- ^{nire;}
tio ex parte Rei, faciendæ sunt coram

R 3 eodem

68.) Acta Protestantium in hac Causa re-
fert SCHAUROTH. Tom. I. Conclus.
Corp. Evangel. V. *Calender-Sache*. Thea-
trum Europæum Tom. 15. ad ann. 1700.
fol. 691. seqq. LUNIS Script. Illustr.
art. 113.